

www.e-rara.ch

Athanasii Magni Alexandrini episcopi, graviss. scriptoris et sanctiss. martyris, Opera in quatuor tomos distributa

Athanasius

Basileae, 1564

Universitätsbibliothek Bern

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-125995>

Expositio fidei.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

enim discesserunt, pacificati inter se piæ & orthodoxæ Fidei cōfessione. Ea certe res me multū prius hæsitantem, ad hæc pauca scribēda compulit. Verebar enim, ne ex taciturnitate, pro gaudio, tristitia illis oboriretur, qui ex concordia ista consensuq; causam læticię nobis suppeditāt. Postulo igitur primum à tua pietate: secundo ab auditoribus, ut hæc cum conscientia bona recipiatis, & si quid ad pietatem deest, ut & id corrigatis, mihiq; indices tis. Quod si, uelut ab illiterato, non pro dignitate rei, nec satis accuratè ista sint scripta, ueniam detis scribentis imbecillitati.

Expositio Fidei.



Redimus in unum ingenitū Deum Patrem omnipotentē, omnium creatorem, uisibilem pariter & inuisibilem, qui ex se habet quod est. Et in unum unigenitum Verbum, Sapientiam, Filium ex Patre ininitialiter & perpetuo genitū. Verbum porro non elocatione pronunciatū, aut cogitatione in animo conceptū, nō deriuatum à perfecto, neq; itē segmentū aut partem impatibilis illius naturæ, neq; quod inde productū sit, aut emanauerit, sed Filium perfectum, uiuentē, ui agendi præditū, ueram imaginem Patris, ut quemadmodū uenerantur Patrem, ita quoq; uenerentur & Filiū, Deū uerū, ex Deo uero profatū, ut inquit in sua Catholica Ioannes, Et sumus in uero Filio eius Iesu Christo. Hic est uerus Deus, et uita æterna, omnipotens ex omnipotente: Omnibus enim quibus imperat & dominat Pater, imperat & dominatur quoq; Filius, & totus ex toto similis Patri, ut & Dñs testatur, Qui uidet me, uidet & Patrē meū. *Ioan. 14* Genitus autē est ineffabiliter et incōprehensibiliter: generationē enim eius quis enarrabit: quod idē est ac si diceret, Nullus. Qui in cōsummatione seculorū descendens ē sinu Patris, ex impolluta Maria Virgine nostrum assumpsit hominem Iesum Christum, quem pro nobis passioni tradidit, sponte ac sua *Ioan. 19* ipsius uolūtate, ut ait Dominus, Nemo tollit animā meā à me: potestātē habeo ponendi eam, & potestātē habeo sumēdi illam ipsam. In eo igitur homine cruci affixo & mortuo pro nobis, resurrexit à mortuis, assumptusq; est in cœlum. Idemq; nobis, ubi creatus esset, initium uiarū extitit, et cum in terris uersaretur, ex tenebris, lucem: ex errore, salutem: ex mortuis, uitam, in gressumq; in paradysum cōfecit, ex qua Adam eiectus fuit: in quā rursus *Luc. 23* Adā intrauit per latronē, ut inquit Dominus, Hodie mecū eris in paradiso, in quā ipse quoq; Paulus ingressus fuit, adscensumq; Deus in cœlos muniuit, quod præcursor homo, qui in eo fuit, pro nobis introiit, in quo homine iudicaturus est uiuos & mortuos. Credimus itidē in Spiritū Sanctū, omnia operantem, excōmunicantes omnes qui contra hæc dogmata sentiūt. Neq; Filio Patrem eum esse sentimus, ut Sabelliani, qui dicūt, eum unius substantię, non cōsubstantialē, eo ipso tollentes Filiū: neq; patibile corpus, quod Filius gestauit, pro uniuersi mūdi salute, Patri attribuimus, neq; tres substantias seorsum distinctas, ut corporaliter in hominib. sit, cogitamus, ne deorū pluralitatē ad instar gentiū sapere uideamur: sed ueluti ex fonte fluuius exortus non diuiditur, tametsi duæ sint species, duo sint nomina. Neq; em̄ Pater Filius est, neq; Filius Pater: nam & Pater Filij Pater est, et Filius Patris Filius

Filius est: ut enim fons, fluuius nō est: neq; ediuerso fluuius, fons est: uterq; tamen una & eadem aqua, quæ ex fonte in flumen propagatur: ita quoque ex Patre in Filiū Deitas perenniter & indiuisim continuatur. Ait enim Dominus, Ex Patre egressus sum & uenio: apud Patrem tamen semper existit, *Ioan. 15* qui est in sinu Patris: nunquam autem exinanitus est, Filij Deitate, Patris siuius. Ait enim: Ego eram apud eum, moderans omnia. Cæterum, absit, ut opinemur conditum aliquid esse aut creatum, aut ex nihilo prodijisse creatorem omnium Deum, eundemq; Dei Filium, existentem ab existente: & unicum ex unico, cui, ut ab æterno ex Patre genito, par gloria & potestas: Quisquis enim uidit Filiū, uidit & Patrem. Liquet igitur omnia à Filio creata esse, sed Filium nequaquam creaturā esse, ut Paulus de Domino locutus est: In eo scilicet creata esse omnia, eumq; esse ante omnia. Vbi non dixit, eū *Ioan. 14* ante omnia creatū fuisse, sed eum ante omnia existere. Verbum certe creationis de omnibus dictum est: esse autem ante omnia, soli Filio congruit & adaptabile est. Genitum igitur quiddam secundum naturam, & perfectus ex perfecto existit, ante colles natus, hoc est, ante omnem substantiam rationalem & intellectualem, ut & alibi dicitur, Primogenitus est omnis creaturæ. Verum illum primogenitum non creaturam dicit, sed foetum Patris: peregrinum enim est & alienum à Trinitate, si dicatur creatura, quoniā omnia creata sunt à Patre per eum, & solus Filius è Patre genitus est, ideoq; primogenitus est omnis creaturæ Deus Verbum, incōmutabilis ex incōmutabili. Ipsum autē corpus quod propter nos gestauit, creatura censendū est, de quo loquitur Hieremias secundū septuaginta traditionē: Dominus nobis *Hiere. 31* creauit ad plantationem salutem nouam, in qua salute ueniēt homines: secundum Aquilam uero illud dictū ita se habet, Creauit Dominus nouū in fœmina. Porro, quæ creata est nobis in plantationem Iesus est, salus noua & nō uetusta, qui pro salute nostra factus est homo, ut interpretatio nominis præ se fert: aliquatenus execratio, aliquatenus Saluator. Est autem ex Salvatore salus, quemadmodum ex lumine illuminatio. Salus igitur ex Salvatore increato noua (quemadmodum inquit Hieremias) nouam nobis salutem creauit, & ut Aquila ait, Creauit Dominus nouum in fœmina, hoc est, in Maria. Nihil enim conditum est nouum in fœmina, nisi quod ex Maria Virgine editum est sine commercio Veneris Dominicum corpus, ut in Prouerbijis ex persona Filij dictum est, Deus creauit me in principio uiarū *Prou. 8* suarū, ad opera manuum ipsius: non autem dicit, ante opera creauit me, ne quis ad Deitatem Verbi, illud dictū desumat. Vtraq; igitur ea, quæ de creatione dicta sunt, corporaliter ad Iesum referuntur. Dominicus enim homo, quem ad salutem nostram exhibuit, conditus est, ut esset initium uiarū: per hunc enim ad Patrem accessum habemus, quoniam ipse est uia quæ ad Patrem nos ducit: uia nimirum, corporeum quiddā est, quod uisui subiaceret, quæ est ipse Dominus homo. Omnia igitur creauit Dei Verbū, ipsum tamē creatura non est, sed genitū quiddā: Nihil enim creaturarū quicquā cōdidit æquale aut simile sibi ipsi. Patris autem proprium est, gignere: artificis uero, condere. Corpus igitur quod nostri causa gestauit Dominus, opus est & creatura, idēq; genitū est nobis, ut inquit Paulus, Ex Deo Sapientia, & Sāctificatio, *1. Cor. 3*

&

& iustitia, & redemptio: Atqui ante nos & omnes res creatas, Verbum Sapientia Patris erat, & est: Cæterum, Spiritus Sanctus progressio Patris, semper est in manibus Patris, qui eum mittit: & in manibus Filij, qui eum gestat, per quem omnia repleuit. Pater continens in se essendi facultatem, genuit Filium, non condidit, quasi fluuium quendam ex fonte, & germen ex radice, et radium è lumine, quas res ipsa natura agnoscit indiscretas esse, per quæ Patri gloria, & imperium in secula seculorum, Amen.

LIBERII ROMANI EPISTOLA AD

eundem Athanasium, Deum Verbum, perfectum hominem assumpsisse.

Est igitur nostra confessio optatissime Athanasi, Verbum Dei Filium, secundum naturam, ex Deo eodemque Patre suo genitum esse, non creatum, semper in imperio collegam Deo & Patri, & indefinenter regnum obtinere in infinita secula, Amen. Spiritum quoque Sanctum uerè ex Deo naturaliter Deum, indiuisibilem à Deo, secundum Diuinas scripturas: ut sit uerè Pater, uerè Filius, & uerè Spiritus Sanctus, neque transferri debere unumquodque nomen à suo significato, cui assignatum est, quò uera sit Trinitas sub una Deitate, sub una potestate, & una substantia. Non enim dispertitur Filius aut Spiritus Sanctus à Patria substantia, quæ implet cælum & terram. Est igitur, ut dixi, Trinitas in una substantia non diuisa, sed per essentiam una, Deitate una, Potentia una & regno una, una quoque gloria, una item imagine, una denique Spiritu: Spiritus enim non diuiditur. Anathema igitur dices Sabellij & Arrii dogmata, & supra annotatas hæreses, ad æternam pœnam, secundum Saluatoris uocem. Huic igitur confessioni frater Athanasi, quæ uera Fides in Sancta Catholica & Apostolica Ecclesia censetur, si mecum sentis coram iudice Deo & Christo (quæso) subscribas, quò certiores reddamur, num eiusdem nobiscum suffragij sis, eademque statuas de uera Fide, ut & ego securior efficiar, tuamque mandata inhæsitanter obeam. Id tibi quoque cognitum uelim charissime me filios ueritatis confiteri impatibilem esse Deitatem, & de aduentu Verbi & Dei in carne ita sentire: Verbum scilicet genitum ex Patre Deo, hominem perfectum absque peccato assumpsisse ex Maria Virgine secundum Euangelia, in Christo Iesu, Amen.

ATHAN.